



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 73. Bibliotheca Ambrosiana Mediolani instituta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. Templi & Monasterii S. Mariæ Novæ,  
A. C. 1609. Vitam Joannis Verseræ clarissimi Poe-  
tæ, Historiam Ecclesiæ Montis Regalis,  
Discursus elegantes, & pios in Anti-  
phonam *Salve Regina*, Pragmaticas San-  
ctiones pro Regno Siciliæ, ac denique  
nonnulla ad Historiam Pontificiam  
spectantia.

## §. LXXIII.

*Bibliotheca Ambrosiana Mediolani  
instituta.*

*Baldwin.* *Hoc anno Fridericus Borromæus Car-*  
*Junii Chron.* *dinalis & Archiepiscopus Medio-*  
*moral.* *Iust.* *Ianensis amplissimam Bibliothecam, quæ*  
*Lips. Cent. V.* *Ambrosiana vocatur, Mediolani instruxit*  
*epist. 88.* *libris tum manu exaratis tum editis*  
*ex universo orbe conquisitis locupletissimam:* *In eo autem potissimum depre-*  
*dicandus, quod insuper huic Bibli-*  
*thecæ illustre Virorum eruditorum Col-*  
*legium adjecerit, ex quo postea veluti*  
*ex Doctorum seminario Professores omni-*  
*scientiarum genere exculti assumeren-*  
*tur; plurima enim passim Collegia, aut*  
*Scholæ pueris vel juventuti efforman-*  
*dæ destinatæ fuerunt hactenus institutæ,*  
*antehac tamen nullus exstitit, qui sol-*  
*licitus fuisset de Doctoribus eligendis,*  
*alendis atque ejusmodi Viris efforman-*  
*dis, qui alios utiliter instituere vale-*  
*rent:*

rent: In hoc autem Collegium hoc an-Sæc. XVII.  
 no die nona Decembris cooptati fuere A.C. 1609.  
 præter Antonium Olgiatum Theologiæ  
 Doctorem ac Bibliothecarium, Antonius  
 Salmatius Theologiæ Doctor & Græci  
 idiomatis, ac antiquorum Scriptorum  
 peritia versatissimus, Josephus Ripa-  
 montius, Hebraice, Chaldaice & Græ-  
 ce apprime doctus, atque Historiæ Ec-  
 clesiasticæ cognitione insignis, Anto-  
 nius Gigeius Theologus, Hebraicæ,  
 Syriacæ, Chaldaicæ atque Arabicæ lin-  
 guæ multum peritus. Franciscus Ber-  
 nardinus Ferrarius Theologiæ Doctor,  
 Benedictus Sossagus, Franciscus Col-  
 lius, Antonius Rusca, & Josephus Vi-  
 cecomes, omnes Theologiæ Doctores,  
 ac elucubrandis variis operibus intenti.

### §. LXXIV.

#### *Variae Decisiones Congregationum.*

Enimvero summus Pontifex hoc anno *Congreg.*  
 paucas, easque minoris momenti *S. Officii*  
*Constitutiones edidit, ejus tamen juf-* *Congreg.*  
*su atque auctoritate Sacræ Cardina-* *Episcop.*  
*lium Congregationes e re nata diversas*  
*evulgarunt decisiones, & quidem die*  
*vigilima secunda Januarii declarabat*  
*Congregatio Sancti Officii, quod non*  
*liceat adire Tempa hæreticorum ex*  
*intentione in cultu falsæ Religionis cum*  
*illis*